

243

Anno MDCCLXX.

Die III^{to} Julii,

Tempore quidem, quo Factiones in regno Polonia, quae Dissidentium et Confœderatorum nomine aiebantur, nondum erant sopitæ, sed Terra Sarmatarum multis in locis bello tam intestino quam cum Russicis Copiis pervastabatur; tempore, quo exercitus Russici Imperatorem Turcicum, nonnullis regionibus terra marique expugnatis, undiquaque propellebant, angebant, atque adeo in Archipelago sic dicto usque ad Castella munitissima, quae Dardanellæ vocantur, sunt progressi; et tempore tandem, quo in quibusdam Terris, præcipue bellicis, uti in Moldavia, Wallachia et nonnullis Polonicis Ditionibus permulti incolæ, quibus furor pepercit bellicus, tristissima contagione exorta absorbebantur, quo vero, quæ DEI est gratia, tota Saxonia pace gaudebat saluberrima, Divinis sub auspiciis Consularia habebat Comitia, per Ordinationem a Potentissimo Sarmatarum Rege et Saxoniae